BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 219
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quae in auctoris sui laudationem prosiliat dicens. Mihi autem nimis hono
rificati sunt amici tui dñs. Nimis confortatus est principatus eorum.

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur. & qui se humiliat exaltabitur. l. cl. xxviiij v. ch. ccxxxi

Et ex hac conclusione manifeste clare praecedentem dñi sermonem typice intel
legendum. Neq: enim mox omnis qui se coram hominib: exaltat humiliabitur. aut
qui se in conspectu hominum humiliat exaltabitur ab eis. sed e contrario nonnũquam
qui se uel in apice dignitatis uel in alia qualibet adquirenda gloria subleuat usq:
in finem exaltari non cessat. similiter & humilis quilibet ac uerecundis in sua qua con
tentus ẽ. usq: ad uitae terminum medio critate p seuerat. & ideo quã iuxta ueritatis
sententiam omnis qui se incaute demeritis adleuat humiliabitur a dño & qui prouide se
de bene factis humiliat & exaltabitur. habet ineundem procul dubio sensum praemissis
sermo redemptoris quo primos in nuptiis accubitus quae riuerat congruit.

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat. Cum facis prandium l. cl. xxx x. sol
aut cenam noli uocare amicos tuos neque fratres tuos
neque cognatos neque uicinos diuites.

Fr̃s amicos & diuites alter utrum conuiuia celebrare non quasi scelus interdicit. sed
sicut cetera necessitatis humanae commertia ubi & peccatores peccatorib: fenerantur
ut recipiant aequalia ad promerenda uitae caelestis praemia nil ualere ostendit; deniq: subiungit;

Ne forte & ipsi te reinuitent & fiat tibi retributio.

Non ait & fiat tibi peccatũ. sed & fiat inquit tibi retributio cui simile est. quod alibi dicit.
& si bene feceritis his qui uobis benefaciunt. quae uobis ẽ. gratia. neq: hic dicit. Pec
catum ẽ. uobis. sed q: uobis ẽ. gratia. si quidem & peccatores hoc faciunt quam uis.
sunt quaedam mutua fratrum amicorũ cognatorum uicinorumq: diuitum conuiuia
quae non solum in praesenti retributionem sed & damnationem pcipiunt in futuro.
Deniq: ab apostolo in opera tenebrarum annumerantur. sicut in die inquit honeste
ambulemus. Non in commessationib: & ebrietatib:. Commessationes quippe sunt
luxoriosa conuiuia quae aut conlatione omnium celebrantur. aut uicib: solent a con
tubernalib: exhiberi ut nemine pudeat in honeste aliquid dicere aut facere. Quia
ad hoc conuenitur ut feda illic gerantur copia uini & incitetur libidinis diuersa uoluptas. r. q

Sed cum facis conuiuium uoca pauperes. debiles. claudos. caecos.
& beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur
enim tibi in resurrectione iustorum.

Resurrectionem iustorum dicit. quia & si omnes resurgant. eorũ tamen non in merito
quasi propria cognominatur. Qui & in hac se beatos non dubitant ẽ. futuros. Ergo
qui pauperes ad conuiuium uocat in futuro pcipiet. Qui amicos fr̃s & diuites uocat